

quo agente: sed quando abcessit alteratio, nullū superest agens circa materiam; nam formæ substantiales de se nō sunt operatiæ: sed solum medijs accidentibus: at vbi nō existit alteratio, nulla quoque accidentia existunt, proindeque nullum est agens illam actionem generatiæ producens.

R. p.

Respondeo conformiter ad ea, qua docui. mus, nempe quod formæ substantiales sint operatiæ: si ergo agens generans sit vicinum paſſo, vbi in paſſo alteratio præcelfit, tunc forma substantialis agens debet producere actionem generatiæ: quod si agens non sit prælens, Deus supplet talem absentiam, ut communiter docent Scotistiæ: illi vero, qui docent substantias esse tantummodi medij accidentibus operatiæ, respondent ad Caïetanum, quod accidentia v.g. calor introductus in lignum, postquam deſtruxit accidentia ligni, illudque debitè, & ultimæ dispositio ad recipiendam formam ignis, ille inquam calor in virtute ignis sive absentis, siue praesentis educat formam ignis de potentia ligni, & proinde producat actionem generatiæ, non quidem in propria virtute, sed in virtute ignis, cuius est accidens, & instrumentum; attribuitur tamen illa actio generatiæ ipsi igni; actio enim instrumenti, ut instrumentum est, attribuitur principali agenti; scilicet enim ligni non attribuitur ferræ, sed homini scindenti.

Partitio II.

De corruptione substanciali.

Qvia generatio unius est corruptio alterius, ideo opera preium est, ut post generationem de corruptione agamus, Exodus enim sequitur Genesim, ut aptè Nicenus annotauit, id est generationem corruptio, verum cum facillima sint, quæ de corruptione substanciali secundum se spectata tradi solent à Philosophis, ideo paucis ea expediemus.

Num. 9.
De conuenientia & disconuenientia generationis & corruptio-

nis.

Quæritur igitur primò, quomodo genera-
tio, & corruptio conueniant inter se?

Respondeo conuenire primò, quod genera-
tio, & corruptio habeant pro subiecto materiam
primam. Secundo, quod sicut generatio sit in
instanti, ita & corruptio. Tertio, tum generatio,
tum corruptio est respectu compositi: discon-
uenient verò in hoc, quod generatio sit quid
positivum, & corruptio quid negativum.

Num. 10.
An corruptio si motu
violentia?

Quod si dicas: Annihilatio est quid positi-
vum, ergo à fortiori corruptio erit quid positi-
vum. Respondeo negando consequentiam, nam
si Deus annihilarer aliquid, id præstaret per
actionem aliquam positivam, nisi velis dicere,
quod annihilarer per subtractionem sui con-
cursus, & sic negandum erit, quod annihilatio
sit quid positivum, sed verius est primum.

Quæritur secundo, an corruptio sit natura-
lis, vel violentia? Respondeo hoc inquiri vel re-
spectu formæ, vel respectu compositi, vel respe-
ctu materiæ, respectu formæ, & compositi non
potest dici naturalis, quia destrucio sui esse nulli
potest esse naturalis, atamen potest dici naturalis
respectu materiæ primæ, quia materia tam be-
nè habet essentiale ordinem ad illam formam,
quam non habet, quam ad eam, quam habet, sed
per corruptionem acquiritur noua forma, nul-
laque sit iniuria materiæ primæ, ergo corruptio
non est illi violentia, & ex hoc sequitur naturam

non intendere primariò corruptionem, sed tan-
tum secundariò; qui illud, quod intendit pri-
mariò aliquid, ex quo necessariò sequitur aliud,
illud aliud dicitur intendi secundariò: at natura
intendens generationem, & productionem aliquius
formæ substancialis, ex consequenti debet inten-
dere corruptionem formæ praiacentis in materia.

Num. 11.
An genera-
tio unius sit
corruptio al-
terius?

Quæritur tertio, quomodo illud Aristot. di-
ctum verū sit, corruptio unius est generatio alterius.
Respondeo hoc esse verum in sensu causalib., non
verò in sensu identico, & formalib.: in sensu in-
quam causalib.; quia materia naturaliter loquen-
do, non potest sustinere duas formas simul, vnde
oportet, quod vt noua forma immittatur in ma-
teriam, priù expellatur forma prior, proindeque
corrumptur compositum; non est autem ve-
rum in sensu identico, & formalib., quia quæ diffe-
rent specie, non possunt esse eadem: sed genera-
tio, & corruptio differunt specie, ergo non pos-
sunt esse vnu quid in sensu formalib., & identico,

Partitio III.

An in corruptione substanciali fiat re- solutio vsque ad materiam primam?

Examinatur communiter à Philosophis lib. I.
de generatione circa cap. 4. vt ab Alberto de
Saxonia, Marciolo, Toletto, & alijs: A Metaphysi-
cis 8. Metaphysica vt lauello quest. 2. Soncinate
quest. 9. Flandrensi quest. 6. art. 2. & alijs, eam ve-
rò attingunt Theologi primæ parte quest. 76. circa
artic. 6. & in secundo circa distinc. 13. vt Capreolus,
& Ariminensis ex professo distinc. 12. Caie-
tanus cap. 7. de ente, & essentiâ quest. 17. dum au-
tem quæritur, an fiat resolutio vsq; ad materiam
primam? idem est ac petere, an quando corrum-
pitur compositu substanciali, omnia, quæ erant
priùs in composito amittantur; certum quidem
est, quod forma substancialis specifica, & ultima-
ta deperdit, sed tota controuertia, cæque non
minima est, an corrumptur, & deperdantur
omnia accidentia deperditæ formæ substanciali?
sue an omnia accidentia intereant ad interitum
formæ substancialis? v.g. infliguntur vulnus homi-
ni viuo, moritur ipse homo: post vnam horam
quæritur, an vulnus sit idem numero cum ipso
homine mortuo, & in eodem homine viuo? idem
dic de alijs accidentibus.

Prima opinio est Auicennæ, qui lib. 1. sue
sufficientia cap. 1. negat fieri resolutionem vsq; ad
materiam primam, affirmat verò D. Thomas
citatius, Toletus verò primo de generatione quest. 7.
distinguit, & ait, quod si fiat corruptio immediata,
tunc non fiet resolutio vsq; ad materiam
primam: quod si fiat corruptio mediata, tunc
fiet resolutio vsq; ad materiam primam, quod
etiam vult esse verum de varijs immediatis, v.g.
in combustionē paleæ, vocat autem corruptio-
nem immediatā, v.g. cum ex homine fit cadaver:
at verò si corpus redeat in elementa, ex quibus
componitur, aut in aliquod mixtum valde diffi-
cile ab homine, dicetur illa corruptio mediata.

Aliqui dicunt, quod hæc difficultas depen-
det ab ea, quam in sequentibus examinabimus,
qua est de subiecto accidentium, an subiectentur
accidentia in toto composito, an in forma, an

in